

12 (Annunziata n. 586)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

12 (Annunziata n. 586)

[post 1433 gennaio 9]

Nos Gaspar Dei gratia abbas monasterii sancti Veneris de Tiro, ordinis sancti Benedicti, Ianuensis diocesis, commissarius super in cruciata deputatus etc. reverendo in Christo patri et domino, domino Marino, Dei Gratia et apostolice sedis gratia episcopo Fundano, caritatem et omne bonum.

1

2

Ex spetiali indulto per sedem apostolicam dato et concesso magno magistro et conventui religionis sancti Iohannis Ierosolimitani commorantibus Rodi per felicis recordationis dominum Martinum papam quintum sub datum Rome, apud santos Apostolos, quarto kalendas octobris, pontificatus eiusdem anno tertidecimo et confirmato per dominum nostrum santissimum papam Eugenium quartum sub datum Rome, apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quatricentesimo tricesimo primo, tertio nonas aprilis, pontificatus eiusdem anno primo, nec non vigore concessionis eiusdem domini pape Martini sub datum Rome, apud sanctos Apostolos, decimo septimo kalendas Ianuarii, pontificatus eiusdem anno quarto decimo, et confirmationis predicti santissimi domini nostri pape Eugenii quarti sub datum Rome, apud sanctum Petrum, anno dominice incarnationis millesimo quatricentesimo tricesimo primo, anno primo pontificatus eiusdem, licentiam vobis concedimus

Così F per Tino

Marino è attestato come vescovo di Fondi dall'ottobre del 1422, quando succede a Benedetto, traslato ad altra sede; Eubel, *Hierarchia Catholica*, I p. 257.

per presentes, quatenus ydoneum et discretum presbiterum in vestrum possitis eligere confessorem, qui omnium et singulorum vestrorum peccatorum auditis confexionibus, se nil dumtaxat in mortis articulo, plenissimam remissionem vobis conferat pro commissis contra Deum reatibus, offensionibus et peccatis, de quibus corde contritus oreque confexus fueritis. Nec non eadem auctoritate vobis de presenti concedimus, vigore nostri mandati scripti manu sere Iohannelli de civitate Nole, habitatoris Neapolis, publici apostolica auc // (216v) toritate notarii, sub datum et actum Neapoli sub porticu ante ecclesiam preceptorie sancti Iohannis ad Mare dicte civitatis Neapolis anno Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo secundo, inditione undecima, die martis septima octobris, anno secundo pontificatus santissimi in Christo patris et domini Eugenii pape quinti, quatenus possitis unum ydoneum sacerdotem secularem vel regularem in vestrum qui vos absolvat ab omnibus peccatis, offensionibus et delictis per vos commissis. Nos vero vos absolvimus et absolutum esse intendimus ab omni excommunicatione maiori et minori, tam ex iure proveniente, quam ex aliqua causa actus seu actionis vel perpetrationis simonie seu actus simoniaci, volentes de cetero ex perpetratis causis simonie vos esse absolutum, restituentes vos sacramenti sancte matris ecclesie et abilitantes vos cum dignis actibus ecclesiasticis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Et hoc fecimus vigore indulti apostolici concessi religioni sancti Iohannis Ierosolimitani, dati et confirmati per summos pontifices ut supra notatos. Cuius quidem indulti tenor sequitur et est talis. *cf. n. 8 e n. 10* Quas quidem licteras apostolicas ad prefati venerabilis et religiosi viri fratris Iuliani de Bennuis preceptoris et procuratoris

generalis dicti ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani in curia Romana instantiam et requisitionem per Iohannem Garnerii dicte curie camere apostolice notarium et scribam iuratum infrascriptum transumi et exemplari et in hac publicam formam reddigi mandavimus et fecimus, volentes et auctoritate dicte curie decernentes quod huic transumpto seu puplico instrumento in iudicio et extra ac ubicumque locorum et terrarum detur et adhibeatur de cetero plena fides ac talis et tanta quanta ipsis literis originalibus superius de verbo ad verbum insertis et cum presenti transumpto collationatis et abscultatis daretur et adhiberetur seu dari et adhiberi posset et deberet. Quibus omnibus et singulis tamquam rite et legitime factis et celebratis in eodem iudicio coram nobis nostram et dicte curie camere apostolice auctoritatem iudiciariam interposuimus et tenore presentium interponimus pariter et decretum. Nec non id fecimus quia de bonis vobis a Deo collatis pro predictis gratiis habendis centesimam religioni predicte iuxta dictamen conscientie vestre et pro absolutione peccatorum pro presenti manus horresistis adiutrices contra Turchos et Saracenos et alios infideles inimicos domini nostri Iesu Christi militibus dicte religionis destinando per nos in pecuniis cum devotione presentes gratias humiliter suscipiendo. // (218v) In quorum omnium et singulorum testimonium presentes licteras fieri fecimus nostrique soliti sigilli appensione muniri.

3

Datum Ytri anno Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo tertio, sei indictione et die nono mensis ianuarii. Alterius vero lictere tenor sequitur et est talis:
Così F

cf. n. 11

Visa per me, Gasparrem abbatem et commissarium ac ut supra concessum.

Ego Bartolomeus prefati domini abbatis cancellarius de eius mandato me subscripsi.

Così F, invece di XII.